

in articulo mortis. 140. & seq. Non requiriunt tamen consensus agnatorum ab intellecto venientium, nisi clausula inserta exigeret consensum eorum, quibus legitimatus succedere intendit. fol. 329. n. 141.

Potestas legitimandi convenit solum illis Principibus, qui Superiorum non agnolunt, quoad suos subditos. fol. cod. n. 142.

In terris Ecclesia potest Papa liberè legitimare, in terris vero alienis non nisi ex causa multum arduis, vel nisi in spiritualibus, tunc tamen indirecte & per consequentiam intelligitur legitimari etiam quoad temporalia. cod.

Legitimus in uno territorio, non gaudet effectibus illius in alio territorio. fol. cod. n. 143.

In applicatione pro legitimatione, exprimendum est, an sit naturalis, spurius, aut incestuosus: an per Statutum excludantur filii: item qualitas feudi, si ad aliquod petit legitimari. fol. cod. num. 144. & seq.

#### Lenocinium.

Tomo 6.

Lenocinium est prostitutio, vel pellecio alijus feminæ se distinxit ad actum venereum, quæstus causâ. fol. 140. n. 367.

Parentum exponentium suas filias aut neptes etiam non legitimas, pena est, ut amittant patriam potestatem, & ad metalla condemnentur de jure civili. Hodie ultimo supplicio afficiuntur jure Novelli. fol. 141. n. 369. & seq.

Marius leno uxoris, punitur pena adulterii. num. 370.

Sufficit unicusactus. n. 371. Imò sufficit non impeditissime sponte ruentes, lucri causâ. n. 372. Neque etiam requiritur actualis consecutio lucri. fol. 142. n. 375.

Qui personas extraneas prostituant, aut cum lenocino sollicitant, passim ex confuetudine militis puniuntur, v.g. exilio, numellis, aurum, mutilatione, fustigatione. n. 376. & seq.

A pena ordinaria non excusat lenonem necessitas seu paupertas. n. 378.

#### Lex.

Tomo 1.

Lex strictè sumitur pro Decreto Imperatoris, Regis, aut Populi, unde dicuntur illarum Interpp. Legistæ. f. 1. n. 2.

Strictius est pars Juris Civilis, & definitur: quod Senatori Magistratu, velut Consule, interrogante populus constituit. n. 3.

Lex aut sit favorabilis, videndum, an favor ab odio possit separari, & catenus erit ampla interpretationis, & strictæ, quatenus odium continet. f. 2. n. 6. Si non possit separari, spectanda est Intentio legis, an voluerit primariò favere, & amplia-

tioni favoris nil aliud obstat. n. 7. & 8. ubi exemplis declaratur.

Lex est Rationalis Ordinatio ad bonum Communem, ab eo, qui curam communis habet, promulgata. Unde absque Promulgatione lex ne quidem remota obligat. f. 4. n. 11.

Lex ex intentione Legislatores posset statim à puncto promulgationis obligare. f. 4. n. 13. De facto tamen leges Caesaræ obligant primum post lapsum duorum mensium à publicatione in singulis provinçijs. n. 14. Statuta provinciatum post duos menses à promulgatione in Curia. 15. Constitutiones & Diplomata Pontificum statim à promulgatione in Curia Romana, exceptis legibus irritantibus contractus, &, secundum aliquos, Revocatoris Privilegiorum & Indulgentiarum. 17. Elapsis duobus mensibus presumitur quis legem scivisse, nisi ignorantiam semiplène probet, & tunc potest admitti ad juramentum suppletorium. 20.

Lex Ecclesiastica etiam inferiorum Prelatorum, potest obligare etiam contradicentes. f. 5. n. 24. Neque ad legem Civilem est opus acceptatione ut obligetur. 25. & de facto ita obligat, nisi aliud exprimatur. 26.

Lex stabilitatem accipi post decennium, intra quod si usu non recipiatur, est defunctudine abrogata, etiam ignorantie legislatore. f. 6. n. 27.

Legis frequens statim violatio, sciente nec punitio legislatore, excusat reliquias ab observatione etiam necdum elapsi decennio. f. 6. n. 30. Major pars populi non observantis legem, debet esse respectiva ad talem provinciam, cuius vivendi ratio exigit proprias leges. n. 31.

Lex ut differt à Confuetudine, potest non esse scripta. f. 7. n. 34.

Legis Materia possunt esse actus non solum Justitiae, sed etiam aliarum virtutum. Non tamen Actus merè interni, nisi in Subditis Regularibus. f. 7. n. 36.

Lex tam Civilis quam Canonica potest obligare graviter in conscientia. f. 8. n. 37. Quando autem sic obliget, ex modo præcipiendo colligi potest. 39. maximè vero ex gravitate materia. 40. Gravitas autem materia colligenda ex fine legis, qui sine gravi obligatione non obtineretur. 41.

Lex continentis verba præceptiva vel prohibitoria, etiam adiutoria pena, obligat in conscientia, nisi vel materia non patiatur, vel lex ipsa aliud indicet. f. 9. n. 45. Purè penalism, quandoque. 46. non tamen semper. 47.

In ferenda lege obligatoria, debet Legislatores attendere ad Statum & conditionem personarum. f. 9. 48.

Lex intendens primariò bonum privatorum, non solet obligare cum gravi incommode: bene tamen

tamen si intendat bonum publicum primariò. fol. 10. n. 50. ubi exempla.

Legi satisfit etiam absque reflexa intentione satisfaciendi, imò & per actum vitium ex circumstantia extrinseca. fol. 10. n. 51.

Legis duplex vis: Directiva, obligans in conscientia: Coactiva, faciens reum penam à legislatore infligendæ. fol. 11. n. 52. Legislatores patrals etiam vi coactiva tenentur. 53. Vi directiva legislator non aliter tenetur, quām quatenus lege naturali debet se conformare tangane caput membris. 54. non peccat tamen mortaliter, sceluso scandalo. 55. Neque tenetur se conformare Statutis particularibus à se confirmatis. 56. Nullus actus Principis est nullus ex lege Principis. 57.

Lex potest obligare existentem extra territorium ad ponendum effectum in territorio. fol. 12. n. 58. aliter extra territorium obligare non potest. 59. & seqq. Imò non tenetur legibus sui territorij, qui ad declinandum legem alio se conferret. fol. 13. n. 65. Quando tempus implendæ legis incepit in tuo territorio, & ante dictum possit impleri, non autem amplius postea post ingressum alterius territorij, tenetur subditus ante dictum satisfacere, nec excusatur, quod lex in altero territorio non obliget. 66. & seqq. Lex Obligans in dividibiliter ad actum divisibilem, non stringit eum, qui vult intra tempus exitus ex territorio. fol. 14. n. 68 & seqq. Rediens ad territorium obligatur, si in altero needum legem in dividibiliter obligantem transgressus est. 71. Qui legem implavit in alio territorio maturius obligante ad eundem actum, non tenetur iterum implire in proprio territorio serius obligante. cod.

Lex respiciens delictum in territorio consummatum, tenet delinquentem existentem extra territorio iuri. fol. 14. n. 72.

A coedens ad aliud territorium animo ibi permanendi sufficiente ad acquirendum domicilium vel quasi, tenerum legibus illius loci: fecūs, ad leges saltem circa contractus fortius foruns, ut possit convenire, etiam per procuratorem contractum at. fol. 15. n. 73. quod tamen intelligendum de illis contractibus, qui ex natura sua, & intentione & contrahentium admittunt executionem in loco contractus.

Peregrinus transiens per locum, tenetur illis legibus, que sunt juris communis, etiam si essent abrogata in loco domicili. fol. 15. n. 74. item tenetur ut Status particularibus, que etiam in loco sui domicili obseruantur. 75. Item illis, quorum via latio equè efficit damnoña a peregrinis ac ab incolis. cod. extra hos casus non tenetur peregrinus. Statutis illius loci ubi transit. fol. 16. n. 76.

Vagabundi tenentur legibus locorum ubi obterunt existunt. fol. 16. n. 79.

Clericorum & Religiosorum obligatio servandi leges Civilis non præjudicantes immunitati, tamen

non provenit adæquatè à lege naturali obligante ad conformitatem, fol. 17. n. 83. & hac obligatio datur, præcindendo, an ditestè à legibus civilibus veniat. 84. sufficit tacita approbatio Pontificis, ut teneantur se illos legibus conformare. 85. An obligantur legibus municipalibus que sunt contra ius commune, pender ex consuetudine. 88.

Pueri universitatem obligantur legibus quarum materia aliud non exigit, vel intentio legislatoris per legem aut consuetudinem declarata. fol. 19. num. 92.

Infantes, ne quidem si malitia supplet ætatem, legibus obligantur. fol. 19. n. 94.

Potest lex obligare ad poenam ab ipso delinquentे exequandam, si non sit nimis acerba. de facto tamen tempor requirerit sententiam saltem declaratorum criminis. fol. 19. n. 96. & seqq. Ferè omnes privantes jure quaestio, obligant primùm post declarationem delicti, exceptis Censuris & Irregularitate, & (in quorundam sententiis, alijs contradicibus) penā abstinendi à petitione debiti ob incestum. fol. 20. 98. penā autem privantes jure acquirendo, incurvantur absque omnī sententia. 100.

Lex privans ipso facto, ipso jure duo operatur: primum, ut delito judicialiter cognito & declarato, non expectata condemnatoria sententia, tenetur reus penam exequi, v.g. cedere beneficio secundum, quod actus post delictum celebrati irritari possint. fol. 20. n. 101.

Quomodo excusat ignorancia penæ & legis penalism, vide Ignorancia.

Lex potest actus irritare aliquoquin futuros validos. fol. 21. n. 105. & seqq. Irritatio non eneretur per ignorantiam illius, nisi talis irritatio esset penæ extraordinaria. 108. & seqq. & fol. 22. num. 111.

Lex irritans actum in favorem agentis, tenet etiam invitatum. fol. 22. n. 113. & seqq. Si tamen irritatio cederet in prejudicium illius cui lex favore vult, nullam vim habet. 115. ubi refertur exemplum. n. 116.

Lex prohibens actum, non hoc ipso irritat illum, universitatem loquendo, licet à potiori verum sit, praesertim de lege Civili. fol. 23. n. 117. & seqq.

Lex requiescens aliquid observandum ab eo, cujus actu tribuit potestatem agendi, confertur velle requiri ad substantiam pertinere, nisi talis modulus jure communis accidentalis sit secus si jam ante habet potestatem agendi. in dubio presumerit requiri ad substantiam. fol. 23. n. 119.

Quomodo contra legem possit præstib, aut confuetudine abrogari, aut obligatio præter legem induci, vide, Confuetudo.

Legum interpretatio à viris doctis, praesertim Juri peritus facta, nō quidem habet vim legis, facit

tamen ut Judges & Dicasteria possint eam tutu sequi. Imò si est communis omnium, inducit obligationem eam sequenti. fol. 48. n. 277.

Interpretanda est lex secundum sensum proprium verborum, & quem primā fronte praferunt, nisi ex circumstantiis aliud colligatur, aut lex iniqua esset, nisi verba impropriarentur. fol. 48. n. 278. aut nisi esset purè favorabilis. 278. Deinde initium legis & ratio eius observantia. 279. Nova interpretanda est secundum antiquam, si quia similia existat. 280. ubi pulchrum exemplum. Rescripta Iustitiae etiam secundum Ius commune accipienda, etiam cum aliquo verborum impropriatione, aut transpositione. 281. ubi caus ponitur.

Legis Interpretatio purè extensiva, ad casum in mente legislatoris non comprehensum, non est licita, tamen comprehensiva. fol. 49. num. 283.

Licitem est Jureconsultis & Judicibus, (cum non potuerit omnes casus legibus comprehendendi) imò probabilitati obligantur procedere à similibus ad similia, hoc est in occurrente caso non expresso, habente tamen similitudinem cum expresso, judicare ad normam expressi in lege, & sic dicitur. Casus non expressus non esse omisus. fol. 50. n. 284. ubi exemplum. Ob similitudinem tamen rationis in lege posita, non licet extendere ad casum in quo similius ratio locum habetur. 285. Imò nec ob identitatem rationis licet semper extendere per interpretationem comprehensivam, sed tunc solum, quando alioquin ex lege sequentur iniquitas aut absurditas. 289. & seq. ubi illustratur exemplis.

Lex probilens, præcipiens, puniens vel irritans, non extenditur ad actum jam perfectum, bene tamen ad actum tantum inchoatum, nisi alter expressè cautum sit, & sic dicitur respicere futura, non præterita. fol. 51. n. 293. Remittens debitatim delinquentibus penam, ad solos delinquentes tunc existentes extenditur, non ad futuros. 294.

Lex indistinctè loquens, ita est restringenda, ut noncedat in prejudiciis innocentis. idem dicendum de Rescriptis Iustitiae. fol. 52. n. 296. Item restringenda est ad rationem legis, in quo tamen error cavendus est, ut per exempla declaratur. n. 297. & seq. Per Episcopiam etiam refractio fieri potest. n. 300. vide Episcopia. De Dispensatione in lege, vide, Dispensatio, & Privilegium.

### Libellarius Contractus.

#### Tomo 3.

Celebratur iste contractus, quando Vasallus vel Emphyteuta concedit alteri rem Emphyteu-

ticam, certa annua pensione sibi retentam. fol. 220. n. 253. Differt ab Emphyteusi, quod hæc concedatur à domino directè, & quod etiam non mutato possessore, renovetur anno vigesimo nono, data certa pecunia arbitrio boni viri. cod.

### Libellus.

#### Tomo 5.

Libellus hoc loco definitus: Scriptura brevis, continens intentionem actoris causamque agendi clare expressam. fol. 20. n. 157. Quæ continere debet, hoc versus exprimitur. *Quis, Quid, Coram quo: Quo jure petatur: & a quo. n. 158.*

Agens nomine Communis vel Ecclesie, debet exprimere, saltem in obliquo, nomen Communis vel Ecclesie. n. cod.

Causa ita exprimenda est, ut per legitimam consequentiam concludatur de praestando quod petetur. fol. 211. n. 140.

Non viatur libellus, etiam si actionis nomen non exprimatur, dummodo res ipsa dicatur. fol. 211. n. 142.

Sententia est ipso Jure nulla, si ex incepto libello fertur. n. 143. verba tamen libelli interpretanda, quantum fieri potest, ut subsistat. n. 144. & ex una parte aperte libellus catenus sustinetur. n. 145. In proœlio sumario cum libellus non requiratur, excepito non obest. cod.

Quamvis Judge, si libellus est ineptus, possit de jure reum absolvere ab observatione Judicij, præcis tamē haberet, ut actori injungat, ut alium concudentem offerat. n. 146.

In actione reali sufficit exprimere causam prima m. in personali non item: sufficit tamen exprimere remotam. fol. 212. n. 147.

Libellus potest & debet esse alternativus, quod in re petita disjunctive electione competit reo. vi. cod. n. 150. Item, quando incertitudine debiti provenient ex facto alieno. n. 151. Item, quando provenient ex diversitate opinionum. fol. 213. n. 152.

Quando actor nescit, quanam ex actioni bus suis contraria sibi competat, potest eas cumulare & junctive, cum protestatione, quod ex altera vel illi consequi quod debetur: *Quo casu si unā acti one non obireat, habet regreflum ad alteram.* Ile m. est si actions sunt contrariae solum in exercitio. fol. 214. n. 159.

Cumularis in libello actionibus, sententia sunt simul ferenda, si omnes causa sunt expeditæ: scilicet, quod causas expeditas potest definit ivi procedere. n. 160.

Libellus emendari potest. 1. reddendo clariori, styllo in Confistoriis usitato. 2. addendo. 3. detrahendo. 4. reculando superflua. fol. 214. n. 161. Obscuritas potest emendari etiam post item contestatam, nisi opponeret reus, quo fieri potest processus.

processus nullus. f. 215. n. 163. Addendo emendari potest libellus in Judicio Universali, hoc est de universitate bonorum, quando Actor aliqua bona omisit specificare. Idem dicendum de Judicio generali & singulari, v.g. si minus petitum est, quam peti poterat. n. 164. Sed hæc emendatio non videtur fieri posse post item contestatam, n. 165.

Circa Qualitates principales libellus ante item contestatam, non item post emendari potest. fol. 215. n. 166. ubi exemplum. Benc tamen quoad qualitates minus principales, adventitias & extravagantes. n. 167.

Detractio potest libellus emendari usque ad definitivam, sicut & resectione superfluum. fol. 216. n. 168. & seq.

Facta emendatione post item contestatam, reuter actor refundere expensas inde ortas. Et nova dilatio pro nova instructione concedenda. n. 170.

Non licet emendare libellum in illis, quæ in favorem rei posita sunt. n. 171.

Licet denique emendare libellum quoad ea, quæ post item contestatam emerterunt, & non poterant prævideri. n. 172. ubi exemplum.

Clauſula Libellis apponi solet: *Super quibus omnibus & singulis peto mihi Ius & Iustitiam ministrari.* Quæ quantæ sit efficacia ad purganda vita, pendet à praxi & consuetudine locorum. Nam alibi salvat defectum conclusionis que ex narratis deduci posset, sed noti est deducta, unde à Judge deducitur potest. 2. Salvat succumbentem a condemnatione in expensas. f. 17. n. 175.

Alia clauſula in usu est: *Omni meliore modo, vi cuius libellus est interpretandus in favorem actoris.* n. 176. Alia est: quod acti se non adstringat ad probandas qualitates adventitias in libello potest. cod.

Alia. Quæ actor protestatur de expensis. Vi cuius, si Judge negligat reum viatum condemnare in expensas, facit item suam. n. 177.

Libri Officialium, Ecclesiasticum, Monasteriorum, Mercatorum.

#### Tomo 5.

Libri Officialium publicè ad tales conscribendos deputatorū, de illis quæ ad officium spectant plenè probant, etiā contra tertium & contra non subditum. f. 369. n. 497. & seqq. ubi causas. Non probant tamen in favorem scribentis, nisi scriptum est aliiquid pertinenti officiū illius, tunc enim saltem cum iuramento illi credetur adversus eos qui ad officium destinarunt. f. 370. n. 503.

Libri Ecclesiasticum vel Monasteriorum probant contra ipsam Ecclesiam vel Monasterium etiam indirectè & consecutivè. Pro Monasterio aut Ecclesia non probant plenè, regulariter loquendo. f. 371. n. 504. & seqq. Fundant tamen aliquam præsumptionem, quæ poterit alij administriculis adjuvati. n. 507. ubi exempla.

Christ. Haun. Report.

Libri Mercatorum, deficiente aliâ probatione, in subfidiis saltē semiplenè probant, ita ut preferenti pro se, possit juramentum suppletotium deferri. f. 372. n. 509.

Accedēt uno teste faciunt plenam fidem. Et hac intellige, si producantur ad probandum debitum ex causa ad negotiationem spectante, num. 511.

### Libra auti.

#### Tomo 5.

Hodie constituitur Nonaginta sex Ducatus Vetus, seu Florentinis, adeoque Uncia octo Ducatis. f. 209. n. 143.

### Limitum translatio.

#### Tomo 6.

Punitur hoc delictum Judicis arbitrio, attentâ qualitate & conditione personarum & rerum. f. 141. n. 379.

Qui lite pendente limites transponit, cum ex penarum refusione calis cadi, & damnatur ad restituendum tantum; quantum eriperet conabatur. cod.

### Litigiosum.

Quomodo per citationem res fiat litigiosa, & inductaur litis pendientia, ut nihil innovetur, vide, Clatio. Tono 5.

Sires litigiosa lite pendente fiat obnoxia Religioni ab eo qui fecit rem esse litigiosam, alienatio non rescinditur, alienatis tamen duplum alteri rependere jubetur. f. 195. n. 63.

Pereunte instantiâ, definit res esse litigiosa, & potest alienari, ac præscribi. f. 362. n. 462.

Litigio vitium non contrahitur coram Principe solum supplicatione illi oblatâ, nisi petita esset restitutio in integrum. Neque compromissio: Nec coram Judge incompetente, nec coram Sequestriis. f. 408. n. 712.

Institutâ Actione reali, probabilitet fit res litigiosa sola citatione. Actione institutâ in possesso, possesso, sed non res ipsa fit litigiosa. n. 714.

Morâ actione personali, non res ipsa, sed instantia fit litigiosa. f. 409. n. 714. Idem dicendum de actione Scrviana vel Quasi. n. 715.

Actione Judiciorum universalium res ipsa fit litigiosa, potest tamen alienari cautione prædictâ. cod. Idem dicendum de actionibus mixtis. n. 716.

Quod res litigiosa non potest alienari, habet exceptiones, quas vide, f. 409. n. 718.

Emens rem litigiosam, amittit pretium siccō cedens. Et rem redhibere compellitur, si levit. Si neccivit, pretium cum alia tercia parte pretij fecipit. n. 719.

### Litis Confectatio.

#### Tomo 5.

Litis confectatio aliquando est solum eventualis, nempe Prosternatio, non aliter contestandi, quam si Exceptiones dilatatio rejectæ fuerint. f. 244. n. 234.

#### T

#### Litis

Litis contestatio definitur: Principalis negotij apud Judicem hinc inde facta narratio. Vel. Contraria litigantū in ipso libello de principali causa affirmando vel negando facta assertio. f. 252. n. 404. Melius: Initium litis per petitionem in jure propositam, & congruum responsum fecutum animo litigandi. f. 260. n. 407.

Sufficit autem si responsio fiat, dum in Actore durat animus litigandi, etiam si fiat ex intervallo. n. 408. Neque ex parte Actoris opus est alia petitione, quam libelli oblatione. n. 410.

Litis contestatio inutiliter dividitur in Affirmativam & Negativam. Debet fieri per contradictionem. Quamvis posset singi causis, quo reus faceret omnia vera esse quae actor dicit, & tamen negaret, actorem recte petere, v.g. ob libelli ineptitudinem. & sic negando item contestatur. f. 261. n. 417. ubi causis.

Ad item contestandam sufficeret generalis contradictionis, quamvis adhuc aliqualiter confusa. Non tamen sufficeret tam confusa, qua nullam contradictionem exprimeret. f. 261. n. 419. & seq. Si res dicteret: *Mentiri*: sufficeret contradicere. f. 262. n. 421. Sufficeret etiam dicere: *Non credo hac esse vera*. Vel: *Nescio esse vera*. n. 422.

In causa Appellationis, non est necessaria *Litis contestatio*, quin absque ea possit *Judex* pronuntiare de notoriis nullitate sententia ex actis deprehensa. f. 263. n. 427. ubi nu. 429. quid in Camera obseretur.

In *Judicis & Processi Summario*, *litis contestatio* non requiritur. f. 263. n. 431. Nec in causis mere spiritualibus, ubi non agitur de aliquibus incommodo. cod. Nec in causis Matrimonialibus. cod. Nec quando ex officio *Judicis* revocata sunt attentata. n. 432. Nec in causis fiscalibus: fracta pacis: Damni emeritri ex mora: alimentorum decernendorum: Spoliis in oppositione & oppugnatione examinis testium: petitione tertie & quartae dilatationis: executione sententia: causa Depositii. n. 432.

In causa Restitutionis in integrum Majoris, semper requiritur *contellatio* *litis*. Sicut & in Restitutione Minoris, perentis siquid sibi dari vel fieri. secus si solù petat remotionem aliquius obstrucci. f. 263. n. 433.

In Possessoris requiritur *litis contestatio*, nisi periculum effet in mora. n. 434.

Reculans *litis contestationem*, cogi potest vel immisione, vel captis pignoribus. f. 264. n. 435. Imò potest fieri interminatio, ut ob contumaciam lis habeatur pro *contellatio*. n. 435. & seqq.

Lite contestata *Judex* in prejudicium alterius partis nihil potest innovare. f. 265. n. 436.

Litis contestatio perpetuat actiones etiam temporales, ut etiam elapso tempore maneat ius agendum ad 30. annos, vel ad 40. si ex se durarent 30. annos: & actiones penales etiam contra heredes transactas. n. 444, ubi vide limitationem in actione

de dolo, & in integrum restituere, quae non perpetuantur.

Litis contestatione *Præscriptio* interrumpitur. n. 445, de quo vide: *Prescriptionis interruptio*. Et inducit malam fidem. f. 266. n. 449.

Per litis contestationem res fit litigiosa. n. 446. vide, *Litigiosum*. hunc effectum etiam facit *Citatio* in actionibus, realibus. n. 447. & alienatio facta per Exceptiōnem *Litigiosi*, reficiuntur. eod.

### Litis Pendentia.

#### Tomo 5.

Ut per Citationem inducatur *litis pendentia*, nihilq; invari posse, requiruntur, quod citatio emanaverit a *Judice* competente, ad citati pervenerit, aut per eum steterit, quomodo perveniret: quod ex renote citationis plenè cognoscere potuerit controversiam, & nuntius eam sufficienter insinuauerit. f. 236. n. 279.

*Litis pendentia* inducitur etiam per *sequestrationem*. eod.

### Locatio Conductio.

#### Tomo 4.

*Locatio Conductio* est *Contractus juris gentium*, nominatus, hona fidei, solo contentus initius, de rei alicuius usu vel fructu, vel operis hominis, pro mercede certa confessum definita alteri ab altero concedendis. f. 434. n. 451. Differet ab *Emphyteusi* sufficerent per hoc, quod *Canon in Emphyteusi* non habeat rationem mercedis. f. 144. n. 432. Si determinatio meritis conjecta in tertium, ab hoc determinetur, erit *Locatio*, si minus, non erit. n. 433.

*Locatio* non resolvitur, etiam si *Mercis a Locatore*, postquam constituta est, remittatur. f. 434.

Quando locatur res fungibilis, ut in ea aliquid fiat, duo contractus interveniunt, *Locationis* quidem, quia v.g. aurifaber locat operam pro mercede, & *Mutui*, quia transferit dominium aut. f. 435.

Quando res aliqua ad usum locatur, v.g. domus, tunc si qui mercede accipit, dicitur *Locator*, qui dat, *Conductio*: quando vero subministratur ab aliquo materia laboranda, volunt aliqui tales esse *Locatores*, etiam si mercede solvat. Sed magis placet universis eum vocari *Conductorem*, qui solvit mercedem. f. 145. n. 437.

Probabilis est, mercedem posse esse in quaque materia fungibili, pondere, numero, mensura considente. f. 146. n. 438. & seqq.

Quando quis pro pretio obligat se ad opus ex sua materia confidendum, non est *locatio*, sed *emptio*. f. 148. n. 446.

Sicut in *contractu Emphytico*, ita & *locationis* ille preferendus est, cui post *contractum* celebratum res locata est tradita. f. 149. nu. 447. Quodsi priori conductori res tradita esset traditione facta, & posteriori traditione reali, prior esset preferendus. n. 449.

### Locatio

*Locatio ad longum tempus* transfert dominium utile, & transit in *contractum Emphyteusis*. fol. 150. n. 450. & seqq.

*Conducere fundum colendum* prohibentur milites. f. 152. n. 457.

*Conductor* potest rem conductam ad breve tempus alteri quem idoneo locare. f. eod. n. 458. Non obligatur quidem secundus conductor aliquip actione personali, cum inter illos nihil sit actum: quae tamen secundus conductor intulit in dominum locatam, manent tacite oppigrautora domino propensione solvenda: quod secundus conductor solvisset primo conductori & respectivè locatori, est ab omnibus liberatus, etiam ante tempus solvisset. n. 459. Secundus conductor non potest expelli ob negligentiam primi conductoris in solvendo, si ipse solvit. f. 153. n. 460.

Sicut res aliena vendi potest, ita & locari. fol. 153. n. 461.

Servitutes reales non possunt locari nec a domino fundi dominio, nec a domino fundi servientis. Qui habet præcisè servitum *Usus*, cum alteri locare non potest. *Ususfructus* vero & habitatio possunt locari, ita tamen ut contractus finiatur finita servitute, quia resoluto iure dannatis resolvitur juri accipientis. f. eod. n. 462.

*Jus Vectigalis*, & *Pedagiij*, quamvis reale, locari potest, quia principaliter spectat communum personæ. cod.

*Feudum & Majoratus* possunt ad modicum terras locari. f. 154. n. 463.

Possunt etiam locari opera diurnæ, menstruæ, annuæ. cod.

Extra casum necessitatis, quo possunt Nobiles suis subditis imponere subsidium charitativum, non possunt Nobiles locare operas suorum subditorum, seu rusticorum. f. 154. n. 464.

Res fungibles locari non possunt, nisi forte ad pompa & ostentationem conductoris. f. eod. n. 465.

Non valet locatio, quā tibi loco rem tuam, putans esse meam. Valet tamen *conductio* rei fuz, si subfieri clausula constituit, quatenus transferre dominium in locatore. f. 154. n. 466.

Si quis rei fuz possessionem conduxisset, & ius proprietatis esset controversum, finita locatione teneretur eam restituere, & tunc de proprietate litigare, secus si ius esset liquidum. fol. 155. num. 467.

Quomodo res Ecclesiastica non nisi ad triennium locari possint, dictum est tomo 1. tract. 4. n. 100.

Tam *Locator* quam *Conductor* heredes, debent contractū factū ab antecessore infister, nec expirat morte locantis aut conductentis, nisi factus sit cum clausula, *Quodcum voluerit*, vel nisi sit

*Christi. Hanc. Report.*

de facto aliquo, quod ab herede prestari non potest. f. 155. n. 469.

Qui emit rem locatam ab homine privato, non à fisco, potest conductorem expellere, qui tamen agit contra *Locatorem* ad interessē. Idem potest, qui acquirit rei *Locatorem* dominium utile. Non tamen, si per locationem ad longum tempus ipse *Conductor* acquisiverit dominium utile, vel aliud ius reale, v.g. pignoris. f. eod. num. 470. & seqq. Quamvis emptor vellet locationem continuare, non tenetur tamen conductor continuare, sed potest deficere eodem jure, quo emptor potest expellere. f. 156. n. 473.

Quando fisco cedunt bona confiscata *Locatoris*, tunc nec fiscus tenetur continuare contractum, nec *Locator* tenetur ad interessē *conductoris*. f. eod. n. 474. Si tamen fiscus succedit ut heres, tenetur ut alij heredes. cod.

Fideicommissarius non tenetur stare contractū locationis factū ab herede gravato restituere. fol. 157. n. 475. Si *Locator* decepit *conductorum* in scūm gravaminis fideicommissi, tenebitur heres gravatus ad interessē *conductoris*. Secūs, si sive it, contractū non potest ulterius extendi ad fideicommissarium: quo tamen casu poterit repetrere mercedem, si quam solvit. n. 476.

Minoren non tenetur stare contractū factū a suo tutori quā talis. f. eod. n. 477.

Re dotali à Marito locata, soluto matrimonio tenetur Uxor stare contractū, sicut dictum de Minoren. f. eod. n. 478. & seqq. Idem dicendum de Successore Beneficiato. cod.

Quoad tempus solvenda mercedis, consuetudo vel pacta observanda sunt, alioquin præsumuntur contrahentes voluisse integrum solvi ad finem anni. Quodsi locatio ad plures annos facta est, centetur tot est locationes, quot anni in pactum deducti. f. 159. n. 483. Si merces solvenda est ex fructibus, non est solvenda antequam fructus sint collecti. n. 484.

Si possit *conductor* ostendere, se tribus continuis annis solvisse, tribus distinctis solutionibus unoquoque anno factis, præsumptio stat pro conductor, quod etiam prioribus annis solverit, nisi contraria probatione elidatur. f. eod. n. 485. Ex libris Rationum potest etiam haberi præsumptio pro debitor, vel contra illum. f. 160. n. 487, ubi vide dictum inter librum Creditoris & Debitoris.

Si res locata veridita esset, & emptori facta trina solutio, præsumuntur etiam facta solutiones Venditori, nisi contrarium probet. f. eod. n. 488.

Probabilis est, *Conductorem* fieri dominum fructuum perceptorum, etiam si non solverit pensionem, quod & praxis obseruat. f. 160. n. 490.

Ob sterilitatem supervenientem non liberatur conductor, spectato iure naturae, à pensionibus solvendis, qui censeatur causus fortuitos in se receperisse, si taxatio est facta secundum estimationem periculi. Quodsi pacto expresso in le recepit causus fortuitos, probabiliter solum extenditur ad causas non penitus insolitos. f. 161. num. 493. & seq.

Si nulli fructus à conductore colligi possunt ob sterilitatem omnimodam, absque conductoris culpa, liberatur conductor à pensione solvenda. f. 162. n. 495. Si sterilitas non est quidem omnimoda, est tamen magna, remittendum est de pensione cum proportione. num. 496. Si modica est sterilitas, non cogitari aliquid remittere Locator. n. 497. Illa censeatur esse inmodica sterilitas, que tanta est, ut si non remitteretur aliquid de pensione, absterrentur colori à conductore fundis: in quo prudentius arbitrio standum est, & practice illi affligatur: quando ob paucitatem fructuum deducto semine & expensis, si solvere tur integra pensio, conductor laderetur ultra dimidium iusti pretij. f. 163. n. 498. Tempus computandi, est, quando fructus jam sunt in horreum vel similem locum, cellam, stabulum, accepti, & iam plenus eorum usus esse potest. n. 500.

Ut penitus liberetur conductor, non sufficit, quod deductis impensis nulli fructus sint residui, sed requiritur, ut nullus omnino fructus perceperit, adeoque & seminis jacturam fecerit. f. 163. n. 501.

Si sterilitatis causa non est insolita, sed saepius acciderit confusa, & quidem circa talem determinatum locum, cuiusmodi eset inundatio fluminum tali agro adjacentium, non est necesse, aliquid de pensione remitti. f. cod. n. 502. Quando evenit culpa conductoris, de jure nihil pensionis remittitur. f. 164. n. 503.

Si moraliter certò constaret, sterilitatem esse Prenam Dei, nihil esset de pensione necessario remittendum. f. cod. n. 504.

Colono Partario, hoc est, qui pro pensione certam quotam fructuum solvit, nihil penitus remittitur ob sterilitatem. f. cod. n. 506.

Quando intra tempus locationis, præcedente vel subseqüente sterilitatem anno vel anni, sterilitas compensatur fertilitate, etiam non fuerint anni proximi, nihil de pensione remittitur, & si quid remissum est, facta postmodum compensatione repeti potest, in quantum compensatum est. f. 164. n. 507. Ut censeatur fieri compensatio, tanta debet esse ubertas, ut computatis semine & expensis aliorum amorum, & pensionibus solutis, tantum lucrum remanerit conductori, ut addito illo lucro huic sterilitatis anno damnum praefens desinat esse notabile, hoc est, non cogatur conductor ex suo solvere plus, quam dimidiam partem pensionis praesentis. n. 508.

Undecunque, & quantumcumque crescat ubertas fructuum, pensio non propter ea est augenda. fol. 165. n. 510. & seqq.

Si domus locata ob hostium irruptionem imminentem, incendium, ruinæ periculum, lemurum infestationem &c. definit esse habitabili, liberatur conductor pro rata temporis. fol. 166. num. 513.

Si conductor domum reliquit, quia jam peste infecta est, liberatur, si vero deferat, ut ad feueriorum locum se conferat, quia v.g. civitas infecta est, non liberatur. fol. cod. n. 514.

Si conductor in causa est, cur non possit ut domus locata, potest dominus totam pensionem exigere, si nulli alteri locet. Si vero locet, tanto minus debet de pensione accipere à priore conductor. fol. cod. n. 515. Impedimenta proveniente à locator, potente illud impedire & non impediente, vel potente monere conductorem & non monente, tenetur locator non solum remittere pensionem, sed etiam prestare interesse. fol. 166. n. 517.

Probabile est, quod sicut Venditor, ita nec locator tenetur de domino extrinseco, nisi conductor est mercator. f. cod. n. 518.

Conductor per se loquendo, & nisi vel expresse vel tacite aliud convenerit, tenetur solum ad culpam levem, hoc est, ad illam diligentiam praestandam, quam solenti communiter patresfamilias non incurri in suis rebus adhibet. f. 167. n. 520. & seqq. ubi vide varia exempla culpe levis.

Quando in domo locata ortum est incendium ab inabitantibus, sed nec situs cuiusculpa, non potest universaliter presumptio juris esse pro conductor, & incendium numerari inter causas fortuitos, nec etiam contra illum, quasi culpam commisit, sed pender ex varijs circumstantijs, quid sit praesumendum. f. 169. n. 525. & seqq. Quando autem DD. communiter dicunt, in casu incendijs solum praesumit culpam levissimam, intelligendi sunt de culpa que in omitendo vel negligendo consistit, non que in commitendo vel faciendo, adeoque ex tali culpa non posse puniri, aut ad reparationem condenari. f. 170. n. 528.

Ad condemnandum, requiritur ut probetur culpa aliius certa & determinata persona, nisi incola est male fidei possessor. f. cod. n. 529.

Culpa probanda est saltem conjecturis & indicitijs Judicis arbitrio. Si unicuius habitat, capi potest, & inquiri, sed non condemnari. cod. Sed de hoc plura verbo, *Incendium*.

Culpa lata & levis praesumitur, si actor doceat, Inquinum in loco incongruo, & periculoso lignum, desinat esse notabile, hoc est, non cogatur conductor ex suo solvere plus, quam dimidiam partem pensionis praesentis. n. 508.

Conductor potest à Locatore expelli ante finitum tempus ex quatuor causis. Prima causa est, à debito

Si debito tempore pensionem non solvat. fol. 171. n. 531. Et hoc verum est, etiam si conventione esset, ut nec ante tempus expelli posset, nec conductor sponte recedere, adiecta pena. n. 532. Jure Cesareo non requiritur biennum. n. 534. bene tamen Iure Canonico. fol. 172. n. 535.

Secunda causa expellendi conductorem legitimè est necessitas, potest faciā locationem Locatori supervenienti, nec prævisa, inhabitandi domum locatam. fol. 172. n. 536. Si quis plures habebit domos locatas, in tali necessitate posset expellere quem maller, nisi ex equitate potius expellendus esset unus præ alio, ob pensionem non solutam. fol. 172. n. 537. Quodsi pacto adjectum esset de non expellendo, videtur iste causus comprehensus fuisse. n. 538. Extendenda est hac causa etiam ad prædia rustica locata. fol. 172. n. 539.

Tertia causa est necessitas reficiendi ades locatas, que reficiō cum ad locatorum spēdet, potest quandoque non perfici nisi emigrante conductor. cod.

Quarta causa est abusus rei conductor. fol. 173. n. 540. Si conductoris perverba conversatio in abusus est ejusmodi, ut nec deceat, nec licet conductor tolerare, potest totam pensionem exigere, si non potest commode habere alium, qui absque tali abusu velit conducere. Si non inferat talem necessitatem, sed posset tolerari bona conscientia, & posset convenire conductor ratione danni, non potest pensionem exigere, nisi pro rata temporis. n. 541.

Expulso ex prædictis causis fieri posset, etiam si contractus securitatem res locata hypotheca subiecta esset. f. 173. n. 542.

Non potest tamen Locator expellere conductorē propriā auctoritatē. f. 174. n. 543.

Varij sunt causas in jure comprehensi, quibus Locator culpam praefare tenetur, aut damnum etiam sine culpa datum. f. 174. n. 544. & seqq. ubi referuntur.

In faciendis expensis in rem locatam, loci conseruando obliteranda est, secundum quam censemur contractus celebratus. f. 175. n. 548. Locator tenetur facere illas expensas, quæ ad perpetuam rei locate utilitatem conservandam sunt necessaria. n. 549. Ad cundem spēciant etiam illæ expensis, que necessaria sunt ad hoc, ut re locata conductor utiliter fieri possit, ut est: refectio aedium purgatio cloaca &c. quasi conductor fecit, potest eas repetrere, vel in pensionem computare. n. 550. Idem dicendum de expensis utilibus à conductorē factis cum tacito consentiū Locatoris, etiam casu quo culpa sua ante finitum tempus expelleretur. f. 176. n. 551. Si sine consentiū fecit, potest eas auferre, si sine detrimento locata rei auferri possunt; nisi conventum esset, ut conductor curaret perfici, etiam si non esset

expressum, cuius expensis. n. 552. Ob expensas à Locatore restituendas, potest conductor rem locatam retinere, quoisque solvantur. n. 553.

In prædiis urbanis locatam & ades quæcumque sunt illata, sunt tacite hypothecata. Si vero rusticum sit, et solum quæ sciente Locatoris sunt inventa. f. 176. n. 554. & iterum f. 181. n. 555. Hoc tamen iterum restringitur ad res eo animo illatas, ut stabiliter ibi serventur: neque tamen cessant esse obligatae, si postquam tali animo sunt illatae, postmodum animo mutato auferantur. f. 177. n. 556.

Res aliena illata tunc solum est oppignorata, quando dominus in fraudem Locatoris permisit res suas inferri, quasi essent conductoris, ut pensione non urgenter. f. 177. n. 557. Inspecto jure, etiam libri studiorum causā illati, inō & opīūcum instrumenta noui subfunt obligationi: sed in hoc consuetudo attendenda. n. 558.

Elasto tempore, si Locator non urgat, & conductor persit, an censemur tacito consentiū contractus renovatus distinguendum est inter prædiū Urbanum & Rusticum. Si sit Urbanum, vel domus, non ultra censemur contractus protractus, quād donec alterius velit recedere. Si rusticum, censemur protractus ad integrum annum, sed non, ultrā. f. 177. n. 559. & seq. ubi vide Corollaria.

Prorogata locatione per tacitum consensum etiam pignora manent obligata. f. 178. n. 560.

Quando finita locatione res iterum elocanda est, conductor respectu rei private non habet jus prælatiōnis, etiam si majus premium offerat, sed dominus potest, cui voluerit, elocare. f. cod. n. 561. Habet tamen jus prælatiōnis in prædijs communib[us] aut filiis, dummodo idem premium, quod aliis offerat, solvere velit. f. cod. n. 562.

Qui conducti operarij opera non amplius vult uti, per se loquendo tenetur ad tantam mercedem, si per operarium non stetit, nec alieci operam locavit. f. 179. n. 564.

Si famulus ante lapsum integrum temporis ad quod conductus est, discedat, spectato iure nature solvenda est metes pro tempore præterito: si tamen sine causa recessit, tenetur redire ad dominum, alioquin teneretur domino ad intercessi. fol. 179. n. 566. ubi, quid Jure Bavarico.

Si famulus ad notabile tempus agrotavat, non habet jus exigendi totam mercedem, nisi famulus constituerit in tali obsequio, ut posset neglectus intra reliquum tempus compensari, & compensaret actu extraordinarii labore. fol. cod. n. 567. Quamvis Dominus non tenetur ad expensas pro cura famuli, si tamen illas facit, nec aliud moneret, censemur donare. fol. 180. n. 569. Non tenetur famulus tempus morbi compensare extendeendo famulatum. cod.

Locatori competit actio locati ejusque heredi adversus conductorem, ejusque heredem, ad hoc maximè tendens, ut merces una cum usuris post moram solvatur. Eadem actione petit sibi rem locatam restituiri, quamvis ad hoc competat etiam rei vindicatio. Denique ut res locata deterior facta reficiatur, & omnia damna ex levi culpa illata refundantur: & etiam, si cum damno locatoris à contractu recederet. fol. 180. n. 170. Juris Bavaro confitum est, ut conductor ob culpam convenus debeat se purgare vel per testes, vel his deficientibus per juramentum. n. 172. ubi de hoc plura.

Conductor si rem domino recuperate volenti non restituerit, sed item usque ad definitivam sententiam protracterit, non solum rem locatam, sed etiam astimationem ejus præbere compellitur. fol. 339. n. 108.

Locatori fundi rustici competit actio *Serviana*, & Locatori prædijs Urbani *Quasi Serviana*. de quibus vide, *Serviana actio*.

Conductor datur actio Conduci ad hoc principiter, ut ne conducta uia frui licere præstet, aut interesse solvat. Item, ut domum locis necessarijs reficiat, vel mercedem pro rata temporis remittat, quo non potest conductor adibüs commodè uti: item ut damna ex rei locate vitiis nata refundat: item ut ob rei locate interitum, sterilitatem &c. mercedem proportionaliter remittat, impensas solvar &c. omnia cum limitationibus suprà positis, cùm ageretur de Obligationibus locatoris. fol. 183. n. 178.

### Ludus.

Est contractus innominatus, quo victori certaminis res ab utroque exposta tribuitur. fol. 134. n. 1068. ubi referuntur conditions ad Justitiam Ludii requisita. Itaque

Ludens debet habere vel dominium, vel liberam administrationem illius rei quam ludo & fortuna exponit. fol. 335. n. 1069. Si ludus sit licitus, tenetur vicitus victori de evictione rei exposta. num. 1070.

Si expónens rem usū consumptibilem alienam, habet unde compenseret, ludens nihil tenetur restituere, si necfici est alienum; si non habet, tenetur de evictione, si lucrare necficit; si scivit, ludus non valebat. fol. eod. n. 1072.

Si lufor non habens unde ludat, furetur collatori, & lucretur, potest lucrum retinere, restituto furto, si habetur unde restitueret, si ablatum perdidisset. fol. eod. n. 1073.

Is qui metu aliquem compulit ad ludendum, tenetur lucrum restituere, non item qui metum passus est. fol. 336. n. 1074. Idem dicendum de inducente per dolum. n. 1075.

Error proprius nocte erranti, nec alter tenetur monere de errore. fol. eod. n. 1077.

Inspectio charte per alterius incuriam, non est fraus illicita, bene tamen si de industria. cod.

Qui ob fraudes commissas debet v.g. decem, deinde codem ludo perdit cosdem, debet nihilominus restituere, quod per fraudem adeptus est. fol. 337. n. 1078.

Non valer ludus, si unus scit se longè melius calere ludum; & moraliter certus est de victoria, etiam si similes se aqualem. fol. eod. 1079.

Quodsi alter scit se inferiore, & tamen vult ludere, presumetur animus donandi. fol. 338. n. 1080.

Non tenetur lucrum restituere is, qui lucratur ludo privilegiato, hoc est, ut beneficio legis possit quis non solvere, aut repetere solutum, etiam si à principio habuisset animum solvendi, & etiam si alter habuisset animum solvendi & non repetendis. fol. 339. n. 1081.

Prohibetur in Jure ludus alearum, & ludus in certis locis. fol. eod. n. 1083. Jure Bavaro ac curatiis de Jure multa statuuntur. n. 184.

**Luminum, & Luminibus non officiendi Servitus.**

### Tomo 1.

Servitus Luminum est Jus, quo vicinus lumina nostra excipere & præstare tenetur, quatenus aëribus nostris necessaria sunt. ad hoc autem sufficit, si foramen apertum habeat. fol. 149. n. 170.

Servitus ne luminibus officiatur, est Jus, quo vicinus lumen à colo ventris convicino admire & obscurius facere prohibetur, v.g. aliquid in alto collucendo. Imò prohibetur auferre parietem, ex qua per reperciendum lumen in edes vicini devolvitur: non tamen prohibetur auferre, unde plus luminis incidet. eod.

### M.

**Macedonianum. Senatus Consultum.**

### Tomo 3.

Hoc Senatus Consulto prohibetur, ne mutetur pecunia filiisfamilias, & mutuanti denegatur efficacia etiam adversus patrem, etiam post emancipationem. f. 181. n. 326. Et primario favorable, & etiam odiosum. eod.

Nascitur quidem ex mutuo dato filiosfam: obligatio civilis, quia datur mutuanti actio, sed haec est infirma, quia debitor conceditur. Exceptio ex hoc SCto. Naturalis obligatio & in conscientia non nascitur, ne quidem sublatia patrii potestate. Si tamen filius, neglecta exceptione solvit, non potest repetere solutum, sicut nec fidejussor. Et hoc sensu potest dici, nasci obligationem naturaliem. f. eod. n. 327.

Ex eo, quod hoc beneficium sit in favorem patris introductum, non potest illi filius efficaciter renuntiare

renuntiare. Ne quidem accidentejuramento, si sine prajudicio patris servati non potest: & spenderet solum obligationem, usquedum fieret paterfamilias. f. 182. n. 328.

Ut filiusfamilias libertetur in conscientia, non est necesse, quod non sit factus locupletior. fol. eod. n. 329. Non tenetur etiam solvere, etiam si neglecta exceptione condemnatus fuerit, si tamen solvit, repetere non potest. n. 331.

Cessat haec exceptio in duodecim casibus. 1. Si filiusfamilias sit miles. 2. Si pater sponte consentit. 3. Si filius habeat bona pleno iure ad conscientiam. 4. Si passim pro patrefamilias habitus sit. 5. Si abfuge fraude alia res quam pecunia mutata fuit. 6. Si pecunia non fuit numerata ut efficitur, sed aliunde v.g. ex emplo debita, & posteris in mutuū mutaretur debitu. 7. Si in rem patris mutuum versum est. 8. Si filiusfamilias postea sui juris factus contractum approbavit, vel partem illius solvit: quodsi pignus dedisset, ad hujus quantitatem dehegaretur exceptio. 9. Si ad sumptus in studiis necessarios datum est mutuum. 10. Si filius à patre negotiatione præpositus fuit, & mutuum non exceptum. 11. Si filiusfamilias pro alio fidejussit. 12. Si pater non interponat testationem contraria voluntatis, quando ipsius nomine accepit mutuum. Videantur haec exceptions. fol. 182. n. 321. & seqq.

### Tomo 4.

Mulier non potest validē mandare alteri ut pro alio fidejubeat. fol. 223. n. 693. ubi vide distinctionem.

**Magia seu Maleficium, Veneficium, Sortilegium.**

### Tomo 6.

Magia seu Maleficium, prout specialiter Magis & Sagis accommodatur, est Crimen publicum, Ordinarium, & Nominatum: & solum extraordinarium dicitur, quod in illius processu quadam specialia obseruantur. fol. 144. n. 391.

Qualcum solenitatem observare soleat Demon in Magis recipiendis, refertur. n. 322. & seqq.

Quatenus hoc crimen continet illationem damnorum, pertinet ad forum Sæculare. fol. 145. n. 384. Cui non prædicatur, si Judge Ecclesiasticus solum monitoriam aut medicinalem penam infligit. eod. Magistratus secularis recte facit, adhibendo crudum Theologum in consilium. eod.

Crimen hoc censetur habere causam continuam, & ideo processus ad illum Judicem spectat, ubi reprehenduntur. n. 385.

Malefici de se confessi, etiam de Socijs rogandi sunt. rogati Jure Natura obligantur ad indicando nocentes, de quorum emendatione nulla spes est. fol. 149. n. 403. Item interrogandi, a quo didicerint, vel ad hoc flagitium illiceti sint. eod.

Illæ denuntiationes sunt majori fide dignæ, quæ fiunt à sacramentaliter confessis, & per Confessarium dispositis ad feriam penitentiam, & ad mortuities, ut in denuntiando habeant rationem sue salutis. fol. 149. n. 404.

Nisi denuncians dicat, talem personam interfuisse ut Veneficam & ut mancipium diaboli convertitus, non multam fidem meretur. fol. 150. n. 405. Imò nisi de singularibus actibus inter choreas & convivia exerceri foliis singularia exprimantur, fides vacillat, & non reputatur sufficiens ad Torturam. n. 406.

Deinde etiam malefici dicat, Bertia dampnem adorabile, nefanda commississe &c. ne cum moralem certitudinem facit: si tamen plures denuntiationes convenient, nec aliunde eliderentur, tortura viam facerent. n. 407.

Denuntiationum fides etiam ex eo capite non est integra, quando denuntiantur pluribus alijs criminalibus, que per accidens cum maleficio conjuncta sunt, obnoxius est, v.g. si est latro, furi. n. 408.

Variatio quoque vitiat malefitorum denuntiationem, & quandoque præbet fundamentum deuotio torquendi. n. 409.

Revocatione denuntiationis, facta post sententiam mortis sibi dictam, & tempore sacramentalis confessionis vel Eucharistia sumenda, si Ju-dici apparet, reum non levitate animi, non prece, aut pretio, sed ad conscientiam exonerandam revocatur, illi standum esset, etiam post sententiam. fol. 150. n. 410.

In contrarietate denuntiationum circa certam personam, pro innocencia presumendum est. Et deprehensam falsitatem denuntiationis in uno articulo etiam quod alios fidem non meretur. fol. 151. n. 411.

Inimicitia graviter infirmat denuntiations, & sufficit animi aversio. n. 412.

Bona fama contra denuntiations multum valet, si constans sit & probata, & alijs innocentia indicis adjuta. n. 413.

Alijs & expertis docuit, denuntiations, etiam sex reorum, sine alijs administris parum firmatis habere, ob consuetam malefitorum conspirationem. n. 414.

Majores annis 10. eti minoribus 25. eandem fidem in hoc etiam criminis merentur, quam magotenes. n. 415.

Omnia que in alijs criminibus ad torturam sufficiunt indicia, etiam in Sagario sufficiunt. num. 416.

Hujusmodi autem specialia indicia sunt. Si quis profiteatur arte magica, aut glorietur, se eam didicisse, & cum alijs Sagis varijs consueverit, vel aliunde